



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 8. Nec Carolus, nec Franciscus Pontifici acceptus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

plenam Electoribus libertatem. His dictis Sæc. XVI.  
 Lametum, comiter licet, re tamen infe- A.C. 1519.  
 sta valere jubebant. Verum haud diu  
 Helvetii a neutrius partis studio alienos  
 sese servabant; vix enim Lametus dis-  
 cesserat, cum illi datis ad sacrum Electo-  
 rum Collegium literis supplicarent, ut  
 Gallum, si Germaniæ libertatem salvam  
 conservare velint, penitus exclude-  
 rent (\*). Ceterum in hac epistola ne-  
 que etiam Carolo Regi Catholico patro-  
 cinabantur.

### §. VIII.

*Nec Carolus nec Franciscus Pontifici  
 acceptus.*

Ex altera vero parte Leo Papa nil inten-  
 tatum reliquit, ut Electores nec Ca-  
 rolum nec Franciscum in Cæsarem nomi-  
 narent; cum enim hic Mediolani Duca-  
 tum, ille autem Neapolis Regnum possi-  
 deret, verebatur Pontifex, ne alteru-  
 trius Monarchæ electio aliquando Italiam  
 quietem perturbaret, ac præcipue sum-  
 morum Pontificum potentiam restrin-  
 get.

(\*) *Has imperium venandi artes a Con-  
 tinuatore silentio pressas fuisse, Gallorum quam-  
 plurimi peroptabant. Ast nempe alienæ glo-  
 riae nimium invidius, non raro propriæ inimi-  
 cius evadit.*

Sæcul. XVI. ret. Nihilominus clam rem agebat, ne  
A.C. 1519. eorum invidiam sibi accerferet, quapropter Robertum Ursinum Reggiensem Episcopum Sedis Apostolicæ Nuncium specialiter deputatum Francofordiam allegavit, dato negotio, ut Electoralis Collegii consiliis & ipse suffragaretur, quemque potiora eligentium suffragia petere cognosceret, eidem quoque accederet, nisi forte Galli in favorem cujusdam Germani Principis de prætenso suo jure remitterent. Omnia hæc ambientium studia integrum Mensem Junium tenebant.

## §. IX.

*Carolus Miltiz a Pontifice ad Electorem Saxoniæ missus.*

Cochlæus in Interea temporis Papa Lutheri Hæreti-  
actis & scrip. Lutheri ann. 1519. ci sectatores numero ac potentia augeri justo dolore deplorabat; quocirca nil non agebat, ut ulteriores mali progressus sisteret, hancque in rem Saxoniæ Electorem ad suas partes pertrahere statuit: ut vero secundus conatibus aspiraret successus, eidem Rosam auream, quam summi Pontifices quotannis quarta Iunii verni Dominica sacrare solent, dono dare decrevit, huncque in finem quemdam nobilem Saxonem, quem a cubiculis habebat, Electori satis notum nomine

Care.